Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift

est homini mulierem tangere. Saluo tamen remedio his qui
pro infirmitate succ. remedio indigent nupticij. Verum
tamen consilium audiamus apostoli dicentis quia
tempus breue est. superest ut qui habent uxores. tamquam
non habentes sint. & qui emunt. tamquam non pos
sidentes. & qui utuntur hoc mundo tanquam non utan
tur. praeterit enim habitus huius mundi. praeter
temporalia regnum ut ppetuum ueniat & aeternum.
Sicut & in oratione dicere iubemur. adueniat
regnum tuum In xpo ihu dno nro. cui est gloria
& imperium In secla seclorum. amen.

XII De cultu moysi glorificato et de velamine quod ponebat in facie sua

Lectionib exodi recitatae quae nos ad intellegentiae
inquisitione uel incitat uel repellat. Incitat
mentes studiosas & liberas. desiderat occupatas
repellit. Scriptum est enim. quia uidit aaron
& omnis filii israel moysen. & ecce glorificata
facies eius & color uultus eius. & timuerunt
accedere ad illum. Et post paucis. ponebat in
quit moyses super faciem suam uelamen. Cum
autem Introiret In conspectum dni ut loqueretur
illi deponebat uelamen. haec autem apostolus